

Quod ^(a) Cesar intelligens Romam ire noluit, set eos sequi decrevit. Brundusium ^(b) igitur veniens, terra et mari eos obsedit et ligneas turres super aratra ad introitum portus hedificavit. Cesar Romam rediit et erarium spoliavit et suos omnes ditavit et ibi per unum 5 annum requievit. alio vero anno, exercitu collecto, Yspaniam properavit, ut Petreum et Franium duces faventes Pompeio debellaret. duces autem Cesarem ^(c) audientes venire, in arcem se cluserunt. quod Cesar audiens, tamdiu ^(d) constrinxit, quoad usque siti perituros ad internitionem ^(e) coegit. ut autem illos subiugavit et vitam illis 10 potentibus dedit, Romam rediit et, collecto exercitu, Pompeiumque sequi destinavit. igitur Marco Antonio, vexillifero ^(f), suum commisit exercitum; ille vero cum paucis festinavit Brundusium. Anthonio autem mora faciente, Cesar furens et inimicorum consilia scire volens, in noctis tempestu ^(g) domum visitavit cuiusdam nauclerii pissatoris in litore stantis ^(h). ad quam dum venit et eius tectum alga copertum manibus tetigit, ipsum clamavit et umbra, quam habebat adversum piscandi, fecit habitare et secum ipsumque compulit navigare, quoniam Dyrachium volebat transfretare. oriente autem flante ⁽ⁱ⁾, maris procelle videbantur ad celos levari, 20 cum quibus extollebantur et modo ad ima maris demergi videbantur. tandem, volente Deo, ad litus venerunt et clam ad papilionem rediit et cartam direxit, quatinus citius, quod posset, Marcus Antonius cum exercitu ad eum festinanter ^(k) veniret. Marcus venit, in navigium intravit, ad Dyrachium transfetavit, ibi quoque 25 Pompeio cum toto exercitu suo circumdedidit muro, ita quod aliquis non poterat exire de castris. videns autem Pompeius, quoniam hii, qui moriebantur, extra castra portari non poterant et stercoris fetorem sustinere nequibant, murum rumpere et violenter exercitum ducere ordinavit. quod fecit et inde Filipis fugit. 30 in qua planicie utrumque deveniunt et Pompeius ^(l) inmensam Grecorum, Sarracenorum, Allemanorum, Turcorum, Municorum ac Persarum Retenorum et aliorum innumerabilium populorum congregavit.

(a) *D Ius Sa corr.* (b) *D Brundisium* (c) *D Cesare* (d) *D iam dfu* (e) *D Internationem* (f) *D vexillo ferro* (g) *D tempestum* (h) *D stantes* (i) *D flantem*
(k) *D festinante* (l) *D Pompeium*